

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inlytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. XLVI. Felix & gloriosus apparet Godefridus vita functus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

in hoc nollem morari exilio. Post  
hæc, paululum conquieuit, apertis-  
que mentis oculis cum ingenti subi-  
to exultatione dicebat: Beneueniunt  
nuncij Domini creatoris mei. Quo  
dicto debitum creatori reddidit Spi-  
ritum atque Idibus Ianuarij, quo die  
baptismum CHRISTI sancta recolit d. 13. I.  
Ecclesia, beata illa anima carne solu- mū 112  
ta, æternæ regenerationis induit can- morit.  
didatum anno Dominicæ Incarnati-  
onis. M. C. XXVI: ætatis autem suæ  
ferme XXX. migrauit ad CHRISTVM cui est honor & gloria in se-  
cula seculorum, Amen.

### C A P . X L V I .

Felix & gloriosus apparet Godefridus  
vita functus.

Porro Gerbergis Abbatissa, de qua  
præfati sumus, vnice sanctum vi- sup c.  
rum diligens, saepius eum disceden-  
tem contestata fuerat, vni vel viuus,  
vel mortuus in breui eam visitaret.

E 4 Cum

## 72 GODEFRIDI COMITIS

Cum ecce illi, in ipso transitu, apparuit miro decore redimitus, aureo-que diadematè coronatus. Quemilia, transitum eius ignorans, cum re-quiereret dicens : Quid est dilectissi-me, quod sic coronatus incedis ? Ille respondit: Noueris me modo sine di-lationis interstitio , sine ullo grauis examinationis periculo , ad summi Regis migrasse palatum, ideoque tā-quam Regis filium beata immorta-litate coronatum. Quod ne aliquatenus dubites, ecce scripturam in dia-dematè meo digestam agnosce. Re-spondit & attendit, atque hoc mo-do digestum inuenit: *Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento latitiae circumdedit me, & tanquam sponsam decorauit me corona.* Tum illa non  
ai. 61.  
ſ. 18. ignorans quod scriptum est: *Gloria &*  
ſ. 20. *honore coronasti eum.* Item. Posuisti Do-mine super caput eius coronam de lapide preioso, diuinum aduertit fideliter oraculum, statimque, nobis adhuc i-gnorantibus, Missas pro eo celebra-

ri

Si fecit, cum ecce frater eius post ferme dies decem veniens, felicem illius transitum hora eadem, qua nepti apparuit, completum, omnibus denunciauit.

## C A P . X L V I I .

*Deum orat oratus doloremque pellit.*

Post excessum sancti viri plurima sanitatum beneficia per illum Dominus operatus est, quae nobis quidem, ad quos vix famae tenuis perlabitur aura, nec omnia comperata sunt, nec facile à quoquam sigillatim enumerari possunt. Duo tamen ex pluribus operę premium reor attingere. Est locus, in quo sanctimonialium cohabitat multitudo. *Eltene* Su. 10. 7. nuncupatus, ubi una ex sanctimonialibus acerrimo dentium dolore laborabat. Cumque ingrauescente per singulos dies incommodo nihil obtainere posset remedij, turbata mēs consilium denuo inuenit. Misit e-

E s nim